

BURCHARDI, GEORG GOTTLIEB

Serenissime ac potentissime rex ...

[Stockholm]
1693

EOD – Miljoner böcker bara en knapptryckning bort. I mer än 10 europeiska länder!



Tack för att du väljer EOD!

Europeiska bibliotek har miljontals böcker från 1400-till 1900-talet i sina samlingar. Alla dessa böcker går nu att få som e-böcker – de är bara ett musklick bort. Sök i katalogen från något av biblioteken i eBooks on Demand- nätverket (EOD) och beställ boken som e-bok – tillgängligt från hela världen, 24 timmar per dag och 7 dagar i veckan. Boken digitaliseras och blir tillgänglig för dig som e-bok.

EOD bokens fördelar!

- Få samma utseende och känsla som med originalet!
- Använd ditt standardprogram för att läsa boken på skärmen, zooma och navigera genom boken.
- Skriv ut enstaka sidor eller hela boken.
- *Sök:* Använd fulltextsökning för enskilda fraser.
- *Klipp & klistra:* Kopiera bilder och delar av texten till andra applikationer (t.ex. ordbehandlingsprogram).

Villkor för användning

Genom att använda EOD-tjänsten accepterar du de villkor som ställs av biblioteket som äger den aktuella boken.

- Villkoren på svenska: <http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/sv/agb.html>

Fler e-böcker

Redan nu erbjuder 30 bibliotek från 12 europeiska länder denna service. Mer information finns tillgängliga via <http://books2ebooks.eu> eller boken.

- <http://search.books2ebooks.eu/>

82Aa

16/54

EXA

Latin text

Stilpnor av Georg Gottlieb Burchardi, Stockholm 1693.


Latinsk text (finnes även med svensktext)

Någon finnes även i Sidentrycksamlingen
på pelt och på vitt siden.

Se: Arthur Hjögren, Nordiskt boktryckarkonst 28 (1927) 252, 268

Carl Björkborn, Svenska stilpnor före år 1850 1bid. 1933 kapt 12
och i Separattryck, 1933, s. 20.

Henrik Lindberg, Tryck på siden (Boken i mitt hjärta, till
Th. Nyman, 1969, s. 89-90 (nr. 11-14)



SERENISSIME

AC



POTENTISSIME



REX.

DOMINE CLEMENTISSIME



* Text Antiq.

† Text Cursivo.

* Tertia Antiq.

† Tertia Cursivo.

* Med. Antiq.

† Med. Cursivo.

** Hic desunt Cicero Antiq. & Cursivo. sed in Itinere.

* Corpus Antiq.

† Corpus Cursivo.

* Petit Antiq.

† Petit Cursivo.

Rima cujuscunque foecunditatis Specimina, vel ex area corde perquam grato laetique ea fuerint solvenda, vel vindemia, Deum Ter Optimum Maximum à Populo quondam peculiariter sibi electo, non minus dein ad egregium hoc omnique Laude superius Exemplum Sacerdotes à Romanis vindicasse sibi, tam sacra quam profana comprobat Historia: Harum vero

Primitiarum solutionem Religioni æque ac Rationi maximè consentaneam, cordatorum

hactenus concors tulit opinio, Omnem quippe Terrarum autumans proventum ejusq; ubertatem peculiarem folius Dei esse Beneficium, ac inde prima quæque in gratiarum actionem Auctori suo Deo jure meritoque offerri. REX AUGUSTISSIME: Hosce Populorum Ritus, hosve digna nusquam Laude celebratos Mores imitaturus Ego, occasione videlicet Novæ Officinæ Typographicæ, ipsa REGIÆ VESTRÆ MAJESTATIS Autoritate, à me tanto cum obsequio, quanta cum industria atque cura parata, omnique

Nutum, Nova cum primis hinc à Summis in Theologia Viris, Episcopis, Doctoribus, deque Ecclesia nostra Augustana optime meritis revisa, & à superioribus mendis emendata

Biblia Suetica Prelo subjiciantur Novissimo, Typi vero usui deinde suo aserventur fortuito, Humillimæ quoque, Primitiarum, totus ne violasse videar Leges, consentaneum duxi Venerationi, Operum Primitias actionumve primordia, primum scilicet ac Notum Novæ Typographiæ meæ fetum REGIÆ VESTRÆ MAJESTATI in omnigenam Gratiarum actionem humillimam, omnium

eaque debita Venerationis observantia persolvam, tanto fretus Patrocino, quanto Major, imo Maximus est Patronus, Patriæ Pater, ipsa REGIA VESTRA MAJESTAS, utpote à cujus Autoritate Novum hocce Opus pondus suum habet summum. Verùm omnem ab hisce

Primitiis maturitatem ne exquirat REGIA VESTRA MAJESTAS, & si fortean præter spem ac opinionem acerbitatis quid in iis deprehendatur, eam Novitatis Titulo excusatas, velit Clementissimè, est, quod rogo, oro, precor humillimè: Quod si à Serenissimis oculis clementissimum sortitæ fuerint radium hæ Primitiæ, non est quod amplius alienatorum metuam infidias;

Carpat Livor quantum satis, DEO tamen dante semper in Officina mea perseveret, quod vel spontè laudetur ab invito, ad malitia vero constantiam, ista facili negotio adimi possit Clementissimè, ne malevoli patientur recidiva, id quod tanta cum facilitate spero, quanta cum humilitate confido: Atque ita demum in omnem Tanti Regni usum eo acceptior, quo tutior cessura videtur hæc Nova mea Officina certis jam inde Privilegiis à spontanea REGIÆ VESTRÆ MAJESTATIS Cementia clementissimè satis munita, adeo ut per omnem vitam inde adnifurus sim viribus, ne Typorum in Officina mea Quantitas, minus eorum congrua Qualitas ullam passura unquam sit inopiam. Ast ne ulteriori importunus verborum circuitio REGIÆ VESTRÆ MAJESTATIS Clementissimam facilitatem jure fatigare videar in presenti, subsistere calamum humillime jubeo. Interim Ter Veneranda Trinitas REGIAM VESTRAM MAJESTATEM in omnem Augustissimæ familie decorem Tantique Regni incrementum ulterius salvam atque incolamem quam divitissime servet, conservet, perpetuet; ita in votis fovet humillimis, qui superioribus promissis omni cum fide qua par est humillima sese responsurum sanctè promittit.

SACRÆ REGIÆ VESTRÆ MAJESTATIS

Holmiæ ipsis idibus Septembris.
Anno MDC XCIII.

Humillimus ac obsequentissimus servus

BURCHARDI.

www.books2ebooks.eu